

capit. cap. 33. dicentem: Eodem lavacro regenerationis, & variis sanctificationis emia profus mala regenerantur mundantur, atque sanantur: non solum peccatis, quæ omnia nunc remittuntur in Baptismo, sed etiam quæ posterius humana ignorantia, vel infirmitate contrahuntur: non, ut Baptismo, quoties peccator, repetitur; sed quia ipse quod semel datur, fit, ut non solum antea, verum etiam postea quovislibet peccatorum omnia Fidelibus imperetur; ergo omnia peccata Baptismo delentur; ergo Pœnitenti non distinguitur a Baptismo.

XVIII. Respondeo, dist. primum conf. Baptismo delentur radicaliter, conc. conf. formaliter, & proxime, nego conf. profere ergo S. Augustinus præallata verba, ut explicet, quo modo secundum Apollolum, ad Ephos. 5. v. 15. intelligatur, quod Christus mundet Ecclesiam Lavacro aqua in verbo vita. Et dicit eam mundare per Baptismum: non quia Baptismus formaliter, & immediate delet omnia peccata, tam ante, quam post Baptismum commissa; sed radicaliter, quia per Baptismum Fideles sunt capaces, ut illis proficiat Pœnitentiâ. Unde subdit: Quid enim prædesse, vel ante Baptismum Pœnitentiâ, nisi Baptismus sequatur; vel postea, nisi peccatoris Dominica, quæ quotidiana est nostra mundatio, quæ fuit, quo effectus dicitur: Dimitte nobis debita nostra, nisi ab eis, qui baptizati sunt diceretur? Ceterum, quo Apollolus dicit, ad Epistolam Episcoporum, aperte dicit, quod peccata propria post Baptismum commissa, non regeneratione auferantur, sed alia curatio sanentur.

D U B I U M II.

De Institutione Sacramenti Pœnitentiæ, & Partibus eius.

§. I.

Resolvitur de Institutione.

I. Lutherani, & Calvinistæ negantes, Pœnitentiâ esse sacramentum, negant consequenter eam fuisse a Christo institutam. Quamvis autem contra illos stet definitio Tridentini, sess. 14. can. 1. supra relata: attamen

II. Dico. Pœnitentiâ esse a Christo in ratione sacramenti instituta, præcipue quando, Joann. 21. v. 22. post resurrectionem insufflavit Apollolis, & dixit eis: Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remissionis peccata remittentur eis, & quorum remissionis, retenta sunt. Ita, eadem sess. 14. Tridentinum, cap. 1. Dixi Præcipue. Tunc enim hoc sacramentum creditur præcipue institutum, quando Apollolis, & eorum in Sacerdotio successores collata fuit potestas remittendi peccata, tunc enim instituitur tribunal, cum conferretur Judici potestas absolvendi, & condemnandi. Licet autem alibi ante Passionem hoc sacramentum Christus insinuaverit; ut cum Petro claves regni Cælorum se largiturum promittit: Tibi dabo claves, &c. Matth. 16. v. 19. & eum, Matth. 18. v. 18. cum Apollolis, Quicumque alligaveritis, quia tamen tunc nec Petrus, nec Apollolis ordinati erant Sacerdotes, credenda est promissa quidem, sed non de factò collata potestas.

III. Nec dicas primo. Quod si solum contulit potestatem, Jo. 20. cum tunc Thomam non esset præsens; sequeretur hanc Thomam non accepisse. Nam, ut ait S. Cyrillus Alexandr. lib. 12. in Joann. cap. 56. intento Christi dantis fuit communicare hanc potestatem toti Collegio Apollolorum, & eorum successoribus: quæ intento dirigebatur non ad præsentem solum, sed & ad absentes, immo & ad futuros: Non ergo licet absenti Thomam, a participatione Spiritus deciderit: cum de numero esset eorum, quibus dignitate Apollolus decoratis Spiritus dabantur.

IV. Nec dicas secundo. Si Christus ipsi eandem dedit auctoritatem Apollolis, quam ipse acceperat a Patre, sicut misit me Pater, ita ego misit vos: cum ipse posset absque sacramento dimittere peccata, hoc idem contulit Apollolis, & proinde non instituit sacramentum. Nego enim sequentiam. Nam Christus contulit quidem potestatem, quam ipse habebat a Patre; sed non cum eadem plenitudine, & excellentia, qua in ipso erat. Ipse, ut Filius naturalis Dei, per auctoritatem peccata dimittebat; nec potestas ejus ulli signo sensibili alligabatur. Apollolis autem dedit potestatem, ut per modum ministerii peccata dimitterent; & sic per media ab ipso determinata.

V. Quare autem Christus hujus sacramenti institutionem post resurrectionem suam differre voluerit, cum tamen alia sacramenta ante mortem, & passionem suam instituerit: licet non sit alia ratio a priori, nisi voluntas Christi; non desunt tamen congruentie, quarum præcipua est. Cum enim resurrectio Christi sit exemplar justificationis nostræ, quæ a peccato resurgimus, ad Rom. 4. v. 25. Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram: congruum fuit, ut archetypus præcederet imaginem; ut sicut Christus resurgens ex mortuis jam non moritur; sic homo, qui mortuus est peccato, moriatur semel, & qui ab ipso resurrexit, non amplius moriatur.

Argumenta hæreticorum remitto ad Questionem de Confessione, eadem enim sunt.

§. II.

Quamvis sit Pœnitentiæ Sacramenti Materia.

VI. In hoc sacramento, sicut de aliis quo loco diximus, duplex est materia, seu quasi materia, remota nempe, & proxima. Dico ergo. Materia remota, seu circa quam versatur hoc sacramentum; sunt peccata actualia, seu personalia post Baptismum commissa, ut destruenda; proxima vero sunt dolor de peccatis, eorumque confessio, & satisfactio. Prima pars prob. In omni iudicio res, quæ in illo iudicatur, & supra quæ fertur sententia, sunt materia illius: sed sacramentum Pœnitentiæ est per modum iudicii, & Tribunalis. In quo circa peccata personalia post Baptismum commissa fertur sententia; ergo &c. Tum etiam: quia ea est materia remota, circa quam versatur materia proxima: sed hæc, nempe, dolor, confessio, & satisfactio versatur circa peccata personalia, ut destruenda; ergo &c.

VII. Hic nota cum S. Thom. 3. p. q. 84. art. 2. ad 3. Quod Pœnitentiâ quodammodo est de quolibet peccatorum genere, non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali materiali est Pœnitentiâ proprie, & principaliter. Proprie quidem: quia proprie dicitur peccare de his, quæ nostra voluntate committimus. Principaliter autem: quia ad destructionem peccati materialis hoc sacramentum est principaliter institutum. De peccato vero originali Pœnitentiâ non est principaliter institutum, sed contra ipsum non ordinatur hoc sacramentum, sed magis Baptismus. Nec etiam proprie, quia peccatum originale non est nostra voluntate peccatum; nisi forte in quantum voluntas Adæ voluntate nostra, secundum modum loquendi, quo Apollolus dicit, Rom. 5. In quo omnes peccaverunt. In quantum tamen legem accepit Pœnitentiâ pro quacunque derelictione rei præterite, potest dici Pœnitentiâ de peccato originali, sicut loquitur Augustinus, in lib. de Pœnitentiâ (suo Auctor lib. de vera, & falsa Pœnitentiâ, cap. 8.)

VIII. Secunda autem pars definita fuit, tum in Florentino ab Eugenio IV. in instruct. Armenorum, tum in Tridentino, sess. 14. c. 3. his verbis: Sunt autem quasi materia hujus sacramenti ipsa Pœnitentiâ actus, nempe, contritio, confessio, & satisfactio: qui quatenus in penitente ad integritatem sacramenti, & ad veram, & perfectam peccatorum remissionem est Dei institutionem requiruntur. Pœnitentiâ partes dicuntur. Et Can. 4. contrarium asserentes anathematæ ferit. Quod anathema cadit supra Lutherum, qui in refutatione articulorum Lovaniensium, proposuit. 37. Pœnitentiâ (inquit) a Lovaniensium Synagoga tradita (scilicet quod sit contritio, confessio, & satisfactio) est multa, nisi Juda proditoris, & similia: ita ut hæretica est damnanda.

IX. Neque miretur aliquis, quod in hoc sacramento non adhibeatur pro materia aliqua res corporalis proprie, sicut aqua, & ablutio in Baptismo; sed solum actus sensibiles Pœnitentis. Nam, ut advertit S. Th. 3. p. q. 84. art. 1. ad 2. In illis sacramentis, in quibus conferuntur excellentes gratiæ, quæ superabundant omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterior, sicut in Baptismo, ubi fit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam, & quantum ad penam; & in Confirmatione, ubi datur presentia Spiritus Sancti; & in Extrema Unctione, ubi conferuntur presentia sanitas spiritus, quæ provenit ex virtute Christi quasi ex quadam extrinseca principio. Unde si qui actus humani sunt in talibus sacramentis, non sunt de essentia sacramentorum; sed dispositio se habent ad sacramenta, in illis autem sacramentis, quæ habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi actus humani sensibiles sunt loco materiam, ut accidit in Pœnitentiâ, & Maxime: sicut etiam in medicina corporalis quædam sunt res extrinsecas adhibita, ut emplastra, & electuaria: quædam vero sunt actus sanandorum; puta exercitiationes quædam.

X. Ex hac S. Thomæ doctrina apparet, quod actus Pœnitentis, nempe, dolor, & confessio, sunt, non solum de integritate, sed de essentia hujus sacramenti, tanquam partes, ex quibus hoc sacramentum materialiter constituitur; sicut Baptismus ex ablutione; quamvis oppositum Scotistæ sentiant. Quamvis enim actus illi Pœnitentis videntur a Florentino, & Tridentino quasi materia. Hoc non est, inquit Catechismus Romanus, de Pœnitentiâ num. 17. Quod verè materia rationem non habeat; sed quia ejus generis materia non sunt, quæ extrinsecus adhibentur, ut aqua in Baptismo, & Chrisma in Confirmatione. Nec obstat, quod a Tridentino dicantur Pœnitentis actus preparare, ac disponere. Nam non intendit, eos preparare; & disponere ad essentiam sacramenti, sed ad fructum sacramenti; nempe, ad remissionem peccatorum, & gratiam in sacramento obtinendam, ut ibidem Concilium dicit. Vel etiam dicat, contritionem esse dispositionem ad sacramentum: non sumit sacramentum adæquate pro omnibus suis partibus, sed solum inædèquate pro præcipua ejus parte; nempe, pro forma, seu absolutione Sacerdotis, quæ sacramentum completur, & ad quam obtinendam partes materiales quodammodo disponunt.

XI. Nec dicas: hinc sequi, quod si Pœnitentis ponit materiam sacramenti, erit Minister illius factum partialis, & non solus Sacerdos. Deinde si actus Pœnitentis sunt materia, jam concurrunt ad productionem gratiæ; & sic Pœnitentis sibi ipsi conferret gratiam justificantem. Nam respondeo ad 1. neg. assumptum. Nam sicut non est architectus domus, qui lapides ministrat, licet ex lapidibus componatur domus: sed ille, qui in lapidibus formam, & figuram inducit: sic minister Pœnitentis non est peccator, qui suis actibus unice materiam exhibet; sed minister erit solus Sacerdos, qui absolutione dat formam, & sacramentum Pœnitentiæ speciem. Eadem ratio nec dici potest, Pœnitentem se justificare, aut sibi gratiam conferre: quia licet ponat materiam, illam tamen ponit per modum rei; nec est potestatis jurisdictionis, nisi per sententiam Sacerdotis absolventis eum tanquam Judicis.

§. III.

De Sacramento Pœnitentiæ Forma.

XII. Dico. Forma sacramenti Pœnitentiæ sunt verba absolutionis a Sacerdote prolata: Ego absolvo te a peccatis tuis. Ita faciunt eam in Florentino ab Eugenio IV. in Decreto unionis, his verbis: Forma hujus sacramenti sunt verba Absolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit: Absolvo te a peccatis tuis &c. Quæ repetens Tridentinum, sess. 14. cap. 3. Dicit (inquit) Sancta Synodus sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipue vis sua est, in illis Ministerii verbis postquam dicit: Ego te absolvo &c. Quibus quidem de Ecclesia sancta more præce quædam laudabiliter adjunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius sacramenti administrationem sunt necessaria.

Verba enim illa: Ego te absolvo a peccatis tuis, exprimit ea, quæ Christus protulit: Jo. 20. Quorum remissionis peccata. Neque dicas: Christus non indixit Apollolis, ut temerè peccata illa verba dicerent. Nam neque cum Apollolis munus baptizandi injunxit, ulla verba dum baptizantem ab illis esse preterenda expressit: sed solum dixit: Baptizate eos in nomine Patris &c. Et tamen etiam hæretici dum baptizantem verbis exprimit, se scire id, quod Christus injunxit; ergo Sacerdos, dum a peccatis de mandato Christi absolvit, id se facere verbis exprimit debet.

Plura alia de forma absolutionis examiniari solent, de quibus infra specialia questionem sermone habebimus. XIII. Solum ex dictis infero cum S. Thom. 3. part. quest. 84. art. 1. ad 3. Quod etiam in Pœnitentiâ est aliquis, quod est sacramentum tantum, scilicet, actus exterior exercitius, tam per peccatorum remissionem, quam actus per Sacerdotem absolventem. Res autem, & sacramentum, est Pœnitentiâ interior peccatoris (est enim res); quia per sacramentum significatur; & etiam est sacramentum, quia remissionem peccatorum significat. Res autem tantum, & non sacramentum est remissio peccati. Quorum primum totum fuit sumptum est causa secunda; primum autem, & secundum sunt quodammodo causa tertia.

Q U E S T I O II.

De Pœnitentiâ ut virtute, ejusque essentia.

CUM actus peccatoris, quos posuimus esse quasi materiam sacramenti Pœnitentiæ, nempe, dolor de peccatis, confessio peccatorum, & satisfactio pro eisdem, sint actus procedentes ab habitu Pœnitentiæ; non abs erit de virtute Pœnitentiæ, ejusque natura in hac Questione differere.

D U B I U M I.

Quid sit Pœnitentiâ, & an sit virtus?

§. I.

Resolvitur prior Pars.

I. Dico. Pœnitentiâ interior (quæ ratio virtus est; ut dicemus) ex Catechismo Romano de Pœnitentiâ, num. 4. illa est, quæ ad Deum nos ex animo convertit, & commissa a nobis scelera destruit, & adhibet; sicutque illud nobis coram, ac delictorumque malum vultu confusum, & corripit; quibus emendare, non sine ipse vult, & Dei misericordiam consequenda. Quibus verbis confutatur error Lutheri dicentis: Hoc solo labore tibi cogitandum est, quomodo futuram vitam agas bonam, quam quomodo dicit, aut dicitur præterita mala. Verisimile enim præteritum, & omni doctrina de conversionibus hujusmodi datur præsentibus, optima Pœnitentiâ, nova vita. Verum hinc Lutheri errorem colloctis Pœnitentiâ in solo proposito novæ vitæ, & rejectis odium veteris; vix aliquis e Sectariis, etiam ejus discipulis, amplexatus est.

Et merito. Contrarium enim docet Scriptura, quæ numquam proponit Pœnitentiâ sine odio, ac derelictione peccati, & vitæ antea: ut Joelis 1. v. 12. Convertimini ad me... in fletu, & planctu. Ezechiel 6. v. 9. Dispicite vestros super malis, quæ fecerunt. Hic 38. v. 15. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Id docent exempla Pœnitentium, Ahab 3. Reg. 21. Ninivitarum, Joann. 4. Mulieris peccatricis, Luca 7. S. Petri, Luca 22. quæ omnia ostendunt, Pœnitentium salutare non solum dicere mutationem vitæ in melius; sed etiam derelictionem vitæ prioris, ac odium malefactorum, una cum cura, & studio placandi Deum, eique pro viribus satisfaciendi. Hoc enim ipsamet conceptio Pœnitentiæ exprimit. Quid enim est: Pœnitentiâ me hujus peccati, nisi poena, & dolor tenet me illud peccatè?

II. Quare habitus Pœnitentiæ est ille, quæ aliquis promptè reddidit ad dolendum de peccato commisso, in quantum est offensâ Dei cum emendationis proposito. Quod his verbis statuit Tridentinum, sess. 14. cap. 4. Deservat S. Synodus, contritionem, non solum cessantem a peccato, & vitæ novæ propositionem, & inchoationem, sed etiam omnium emendationem, iuxta illud: Proclite a vobis omnes iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis; & facite vobis cor novum, & spiritum novum (Ezech. 18.) Et certe qui illos Sanctorum clamores confiterentur: Tibi soli peccavi, & malum coram te feci. Labo-

ravi in gemitu meo, lavabo per singulas noctes lectum meum. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. & alia hujus generis facile intelliget, eos esse vehementer quodammodo vitæ odio, & ingenti peccatorum derelictione manasse. Quod si aliquando Patres vocant Pœnitentiâ Novam vitam: sumunt Pœnitentiâ inædèquate, non vero adæquate. Sic enim utrumque dicit, & derelictionem, ac odium vitæ veteris, & novæ inchoandæ propositum.

§. II.

Resolvitur posterior Pars.

III. Dico. Pœnitentiâ est vera virtus. Ita S. Thom. 3. part. quest. 85. art. 1. Et Catechismus Rom. de Pœnitentiâ, num. 6. Prima ratio est. Lex præcipit solum eas actiones, quæ pertinent ad virtutem: sed lex divina præcipit Pœnitentiâ actum, Matth. 4. v. 17. Exinde capis Jesus prædicare, & dicit: Pœnitentiâ agite. — Secunda ratio est. Dolere, quando dolendum est, & eo modo, & sine, quo dolendum est; nemo negabit esse actum virtutis; sed hic est actus proprius Pœnitentiæ; ergo &c. Maj. prob. Nam de peccatis minus dolere, quam par est, ut de illis, qui Prov. 2. v. 14. Lavantur cum malo sceleris, vitium est; similiter ita dolere, ut desperationi homo se tradat, qualiter dolentur Cain, qui ait, Gen. 4. v. 13. Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear; & Judas, qui Pœnitentiâ ductus, Matth. 27. v. 45. suspensio absolvit, id se facere verbis exprimit debet. — Tercia ratio est. Quomodo dolendum est; virtus erit: cum virtus in medio sita sit, utpote electiva secundum rationem rectam. Min. etiam constat. Quia, ut ait D. Thom. citatus, Pœnitentiâ alium modicum dolorem de peccatis cum intentione removendi est. — Tercia ratio est. Deterreri peccatum, & ad ejus destructionem, quatenus offensâ Dei est, conari; pro sceleribus admittis Deo satisfacere, & in gratiam Dei redire. actus laudabiles sunt: sed tales sunt actus Pœnitentiæ; ergo &c.

IV. At inquit primo. Quomodo Pœnitentiâ erit vera virtus, cum Pœnitentiâ dolorem pariat, & virtus delectationem excitat? Secundo. Quomodo erit vera virtus, cum non sit per se expetenda, sed solum ex hypothesi peccati commisi? Tertio. Quomodo erit vera virtus, si Pœnitentiâ laudem dignos non facit, sed pudore suffundit? Si hæc ratione veracundia virtus non est, ut docet S. Thom. hic ad 2. quomodo virtus erit Pœnitentiâ? — Quarto. Quomodo erit vera virtus, si est in homine nondum cum Deo reconciliato: non dum charitatem habente; sine qua homo coram Deo nihil est. V. Respondeo, nihil ex his assertum nostrum infringere. Non primum. Quia virtus non semper debet excitare delectationem ex parte objecti; sed sufficit, ut illam excitet ex parte actus. Pœnitentiâ autem, licet excitet dolorem ex parte objecti, quod est peccatum commissum; excitat tamen delectationem ratio nequæ; Quia Pœnitentis, dum dolet de peccato, & de tali dolore delectatur, & gaudet se dolere, juxta illud Ps. 126. v. 3. Surgite postquam foveritis, qui manducatis pauperum dolorem.

Non secundum. Non enim generaliter omnis virtus debet esse per se, & nulla facta suppositione appetibilis: ut patet in iustitia vindicativa, quæ virtus est; & tamen essentialiter supponit peccatum alienum. Sic ergo Pœnitentiâ virtus erit, etsi supponat peccatum proprium; quia qui lapsi sunt, per se desiderant per eam peccatum delere.

Non tertium. Quia Pœnitentiâ cum sit de peccato præterito eum proposito illud abolendi, penitentem laudabilem facit. Quod non est simile de veracundia, quæ Respicit turpe factum, ut presens, pro quo timet confundi... est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis in presenti habeat turpe factum, de quo oportet eum veracundari: non est autem contra perfectionem virtutis, quod aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oportet eum peccare, cum ex vitio sit aliquis virtuosus. Ita S. Thom. art. 1. citato ad 2.

Non quartum. Quia Pœnitentiâ licet non supponat hominem Deo reconciliatum, ipsum tamen Deo reconciliat: & licet non sit semper conjuncta cum charitate, ad charitatem tamen, & amorem Dei disponit.

VI. Nota pro intelligentia, ex S. Thom. art. 1. citato ad 3. Quod dolere de eo, quod prius factum est cum intentione emendandi ad hoc, quod factum non fuerit, est fultum. Hoc autem non intendit Pœnitentiâ: sed dolor ejus est disciplina, seu reprobatio facti præteriti, cum intentione removendi sequenti ipsius, sicut licet offensam Dei, & reatum poenæ. Et hoc non est fultum.

D U B I U M II.

Varia examinantur circa naturam Pœnitentiæ.

§. I.

An pertineat ad iustitiam.

I. SUppono cum S. Thom. quest. 85. citata, art. 2. Pœnitentiâ non esse generalem cuiuscumque virtutis conditionem, ad eam modum, quo iustitia, seu iustitias, est conditio generalis omnium peccatorum, & iustitia omnium virtutum; sed esse virtutem specialem. In Pœnitentiâ enim (ait S. Thom.) Invenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præteriti, in quantum est derelictio, quæ non pertinet ad rationem alterius virtutis. — Licet autem

autem habet generale materiam, in quantum respicit omnia peccata...

II. Dico. Pœnitentia pertinet aliquomodo ad iustitiam commutativam, non tamquam pars...

III. Secunda vero pars ex eodem S. Thom. prob. Ad veram enim, & subiectivam speciem iustitiæ commutativæ...

IV. Neque proprie pertinet pœnitentia ad iustitiam vindictivam. Quia, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 86. art. 1. ad 1. vniuersa, quæ sit auctoritate publica potestatis...

V. Ex dictis sequitur, Pœnitentiam residere in voluntate, ut in subiecto. Quia, ut docet S. Thom. 3. p. q. 85. art. 4. Pœnitentia, secundum quod est virtus...

S. II.

An sit virtus infusa, an Theologica, & quodnam sit eius obiectum?

VI. Circa primo suppono, quod duplex est virtus. Una acquiritur per frequentationem...

VII. Dico. Pœnitentia, de qua loquimur, est virtus infusa. Prob. Fidei dogma est, non verum Pœnitentiam, ut oportet ad iustificationem...

VIII. Circa secundum dico. Pœnitentia non est virtus Theologica. Probo primo: Virtutes Theologicæ sunt tres, Fides, Spes, Charitas...

Secundo prob. Virtus Theologica habet pro obiecto formali & immediato Deum; sed pœnitentia non habet pro obiecto immediato Deum...

IX. Circa tertium noto, quod Pœnitentia est duplex. Alia naturalis, alia supernaturalis. Prima est, quæ voluntas virtus naturæ detestatur peccatum...

luntas gratiæ virtus adiuta detestatur peccatum, tamquam contrarium legi æternæ...

X. Dico. Obiectum materiale Pœnitentiæ est peccatum, quatenus est offensæ Dei expiabilis per compensationem. Obiectum vero formale est ius divinum læsum per offensam...

Secunda etiam pars prob. Quia actus respiciens ius divinum læsum, ut reparabile per satisfactionem, est actus virtuosus, & laudabilis...

Q U Æ S T I O III.

De effectibus Pœnitentiæ virtutis.

Examinata natura Pœnitentiæ internæ, seu ut virtus est, videre oportet, quinam sint eius effectus, seu quosnam fructus ex ea homo reportet.

D U P L I C I U M I.

An per Pœnitentiam internam remittantur peccata?

S. I.

Resolvitur de peccatis quoad reatum culpæ.

PECCATA alia mortalia sunt, alia venialia; quæ secum trahunt duplicem reatum, nimirum culpæ & pœnæ æternæ si mortalia sunt.

II. Dico. Effectus Pœnitentiæ internæ est remissio omnium peccatorum quoad culpam. Dogma fidei est contra Lutherum, & Calvinum, Lutherum quidem i qui cum per Pœnitentiam nihil aliud intelligat, quam terrorem...

III. Dico primo. Reg. 2. v. 25. Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus: Si autem in Dominum peccaverit vir, quis erabit pro eo? Ergo saltem peccatum in Deum Pœnitentia non delet.

Respondet ex D. Ambrosio, lib. 1. de Pœnit. cap. 8. quod illis verbis: Quis erabit pro eo? Non excluditur qui orat; ita ut nullus sit, qui possit orare: sed indicatur, quod vir, qui pro eo possit orare, & impetrare, non debet esse vulgaris homo, fed vir singularis meritæ. Sicut cum dicitur: Quis ascendit in montem Domini, aut quis stabit in novis sanctis eius? Fit sensus, quod non quicumque vulgaris, fed solum vir singularis meritæ ascendit, & stabit. Unde subditur: Innocenti manibus, & mundis cordibus. Eratio est, inquit Ambrosius: Quia quæ major est culpa, eo majora sunt quærenda iustitia. Non enim quicumque de vulgo pro Iudæorum populo, sed Moses rogavit, quando vituli caput fidei immemor, adoverunt. Unde solum indicatur difficultas venire pro peccato contra Dominum, non venire impossibilitas.

IV. Dico secundum. Esau, & Antiochus Pœnitentiam egerunt: & tamen indulgentiam consecuti non sunt. Nam de Esau legitur, Hebr. 12. v. 17. quod non invenit Pœnitentiam locum, quatenus cum lacrymis inquisisset eam. Et de Antiocho, 2. Machab. 9. v. 13. Orabat hæc Isidorus Dominum, a quo non esset misericordiam consecutus; ergo &c.

Respondet S. Thom. 3. part. quart. 86. art. 1. ad 1. Quod Esau non vult pœnitentiam, quod pater ex hoc, quod dixit (Genes. 27.) Venient dies lucus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum: similiter etiam nec Antiochus vult pœnitentiam, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur. Vide S. Doct. in 4. dist. 20. q. 1. art. 1. ad 1.

V. Dico tertio. Machab. 12. v. 36. habetur: Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; Quicumque autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. — Rursus: 1. Jo. 6. v. 16. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis; ergo aliqua peccata dantur, quæ expiabilia non sunt.

in hoc seculo, neque in futuro. — Rursus: 1. Jo. 6. v. 16. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis; ergo aliqua peccata dantur, quæ expiabilia non sunt.

VI. Respondet S. Th. 3. p. q. 86. art. 1. ad 3. Quod illud verbum, vel blasphemiam contra Spiritum Sanctum est finalis impenitentia, ut Augustinus dicit, in lib. de Virg. Domini (Serm. 11. cap. 12. & 13. nunc Serm. 71.) quæ penitus irremissibilis est; quæ post suam luxuriam vitam non est remissa peccatorum. Vel si intelligatur, per blasphemiam Spiritus Sancti, peccatum, quod fit ex certa malitia, vel etiam ipsi blasphemiam Spiritus Sancti dicitur non remitti, scilicet, de facti. Vel quia tale peccatum non habet in se causam excusationis: vel quia pro tali peccato puniuntur aliqui, & in hoc seculo, vel in futuro, ut in Secunda Parte expressum est. 2. 2. quart. 14. art. 1. &c.

Ad secundum respondet S. Thom. in 2. dist. 43. in Expolit. textus. Quæst. 24. de Verit. art. 11. ad 8. & q. 3. de Malo art. 15. ad 3. Quod peccatum ad mortem potest intelligi, quo aliquis usque ad mortem perseverat. Et sic pro tali non est curandum; quia iustitia non profertur animæ, qui sine penitentia decedunt. Si autem intelligatur peccatum ad mortem, id est, quod ex malitia committitur; sic non prohibetur, quod aliquid pro eo orat, sed non quicumque; quia non quicumque est tanti meriti, ut orando et gratiam impetrare possit: quia sancti iustitiam (quales sunt etiam oblati, & oblati) est quasi miraculosa. Sicut si diceretur, pro iustificatione mortui, non dico, ut orat qui pro eo, id est, quicumque, fed aliquis magis meriti apud Deum. Reclanatur quæ supra diximus contra Novatianos, q. 1. a. 2. §. 2.

VII. Quæres: Quo genere causæ Pœnitentia remittat peccata? — Respondeo: Pœnitentiam, si charitate perfectè remittat peccata extra sacramentum, ea remittit dispositivè; alii enim Tridentinum, Sess. 14. cap. quod contritio præparat ad remissionem peccatorum. Si vero fit intra sacramentum conjuncti absoluti sacramentali remissione, meretur efficienter instrumentali, vel physica, vel moralis. Quia Pœnitentia, ut in Sacramento, se habet quasi materia: materia autem sacramenti efficienter instrumentali concurret ad gratiam, & ad peccati exsultationem.

VIII. Quæres secundo: An dici possit, quod Pœnitentia mereatur remissionem peccatorum? — Respondeo negativè, loquendo de merito de condigno. Opus enim, quod non procedit ab homine grati, seu a gratiæ, quæ est principium meriti de condigno, meritorium merito de condigno esse nequit: talis autem est actus pœnitentiæ, qui hominem adhuc in peccato supponit. Loquendo tamen de merito congrui, responderi potest affirmative. Nam actus elicit ab impio ex auxilio gratiæ movens, secundum Patres, aliquid meritum obtinet congruitatis, se tenentis sicut ex parte Dei. Actus autem pœnitentiæ est Tridentinum, Sess. 14. cap. 4. licet non sint impulsus Spiritus Sancti inhabitantis, tamen impulsus eisdem, ut moventis. Cautè tamen nomine meriti in hoc materia uti debemus.

S. II.

De remissione quoad reatum pœnæ.

IX. Dico. Pœnitentia una cum culpa mortali tollit reatum pœnæ æternæ, non tamen semper tollit omnem reatum pœnæ temporalis. Ita S. Th. 3. p. q. 87. art. 4. Prior pars prob. ex Concil. Trid. Sess. 6. v. 14. dicente, quod pœnæ æternæ, vel sacramenti, vel sacramenti, vel una cum culpa remittitur. Et eadem Sess. 6. v. 14. quod per justificationem: Homo ex iustitia sui iustus, docet, & ex iustitiam amicum, ut sit heres secundum spem vitam æternæ: non conficit omnem, aliquid per Pœnitentiam ex infirmitate suam, ut inimico amicum Dei, & heredem vite æternæ secundum spem tamquam filium Dei, & simul reum æternæ damnationis.

X. Posterior autem pars (quæ est fundamentum Indulgentiarum, satisfactionis, & Purgatorii) probatur ex eodem Tridentino, Sess. 6. cap. 14. & Can. 30. anathemate dante: Si quis dixerit, post acceptam justificationis gratiam, nullius peccati pœnitentiam ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit; ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvenda, vel in hoc seculo, vel in futuro in Purgatorio antequam ad Regnum Cælorum aditus pariter possit. Quod idem anathema repetit, Sess. 14. Can. 15. contra eum, qui dixerit: Fictio est esse, quod virtus clavium, sublimitas pœnæ æternæ, pœnæ temporalis plerumque exsolvenda remaneat.

XI. Iusto autem anathemate percussus fuisse oppositum sententias, demonstrant varia Sacre Scripture exempla, quibus dimissio peccati, adhuc pœnæ temporalis luenda supersedit. Primo enim mor. quæ Genes. 22. statuitur luenda peccati originalis, ad Rom. 4. & 2. Cor. 15. & tamen illi, quibus est remissum, adhuc moriuntur, & aliis pœnalitatis sunt obnoxii. Sed dicitur: Hæc in baptizatis remanere non potest, sed ut paternas monitiones, vel ut virtus exercitatio. At hæc in parvulis locum non habent. In adultis autem tales facti, non desunt tamen illius effectus pœnæ, & vindictæ peccati. Unde S. August. lib. 13. de Civ. Dei, cap. 6. dicit, quod non patienter tolerata arguit quidem meritum patientiæ, fed non aufert exsolvendum pœnæ.

Secundo, Ezech. 33. v. 10. Voluit Deus delere populum ob peccatum adorationis vituli: Dimittite me... ut delam est, v. 14. dicitur: Placatus est Dominus, ne fecerit malum, quod locutus fuerat. Et tamen, v. 24. dicit: Ego sum in die ultionum visitabo, & hoc peccatum eorum. Et mox: Percussit ergo Dominus populum, ob peccatum vituli: Deus ergo sic condonavit

pœnam perpetuæ delectionis populo, ut tamen sibi reservaret pœnam temporariam.

Tertio. Nam 14. Murruravit populus contra Dominum: obsecrante tamen Moysè peccatum dimisit, v. 20. Dixique Dominus, Atque iuxta verbum tuum. Et tamen in pœnam murmuris eos ab ingressu in terram promissionis prohibuit, v. 30. Non intrabitis in terram. Et Num. 20. ad eodem ingressu, ob incredulitatem, prohibuit Aaron, & Moysen: Simile in Davide, 2. Reg. 12. cui Deus condonavit peccatum adulterii; & adhuc in pœnam abtulit ei filium, cap. 24. Idem ob peccatum numerationis populi penitentiam egit, & veniam obtinuit, pœnam tamen non evasit: cum ex tribus flagellis a Deo ipsi oblati, triidua peste electa, populum suum in pœnam peccati sui percussum vidit, ac doluit. Unde S. Greg. lib. 9. Mor. cap. 27. nunc 34. Sic David (inguit) audivit post confessionem mortis: Dominus transtulit peccatum tuum: & tamen multis postea cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam perpetraverat, exsolvit. Sic nos salutis unda in culpa primi Parentis ablutimur, sed tamen reatum ejusdem culpa diluimus, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus. Et S. Augustinus in Pl. 50. ait: Impunita peccata eorum etiam, quibus ignoscitur, non relinquunt.

XII. Rationem autem hujus dat S. Thom. hac quæst. 86. art. 4. Quia in peccato mortali duo sunt: nempe, averfio a Deo, cui debetur pœnæ æternæ; & hæc per remissionem peccati, & reditum in gratiam condonatur. Adest etiam inordinata delectatio, quam peccando percipit ex conversione ad creaturam, & in obiecto peccati, nimium in eo sibi complacentiam, cui delectationi, utpote finitæ, correspondet pœnæ spiritualis; & temporalis: Iustum enim est, ut qui volentem suam suam, quam debuit, contra voluntatem suam aliquid patiatur. Sic enim erit æqualitas. Unde Apoc. 18. dicitur: Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Porro: quia plerumque non est tanta amaritudo, & puritio per penitentiam, ut adqueat inordinatam delectationem, & pœnam temporalem ipsi debitam; ideo ut detur perfecta æqualitas, adhuc dimissa pœnæ æternæ; remanet adhuc luenda temporalis pœnæ.

Quod explicans, ad secundum, docet; Quod remissio culpæ, & reatus pœnæ æternæ est effectus solius gratiæ operantis; solus enim Deus est, qui iustificat, & gratiam infundit. At remissio reatus pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem; in quantum scilicet, homo cum auxilio divinæ gratiæ patienter pœnæ tolerat, absolvitur etiam a reatu pœnæ temporalis. Unde licet utrumque sit a gratiæ; primum tamen est a gratiæ sola, secundum a gratiæ, & libero arbitrio. Quia vero non semper tanta est cooperatio liberi arbitrii, quæ sufficiat ad ponendam æqualitatem, & tollendum reatum etiam pœnæ temporalis: ideo, remissa culpa, ac pœnæ æternæ; remanet adhuc luenda temporalis pœnæ.

XIII. Aliam rationem assertit in 4. dist. 14. q. 2. art. 1. q. 2. ubi ait: quod peccator per affectum peccati amissionem Dei voluit; & per inobedientiam divinæ legis honorem debitum Deo subtraxit. Et ex primo amissionem gratiam, & incurrit offensam: ex secundo meretur pœnam, ut ab eo, qui per inobedientiam subtraxit, subtrahatur per papam: & hæc pœnæ merito reatus dicitur. Et ideo per Pœnitentiam, quæ homo se Deo supponit, peccata præterita detrahendo cum amissionem gratiæ, remittitur peccatum quatenus ad offensam; sed non quatenus, quod remittitur quantum ad reatum reatum, nisi tamen jam sit illud: & sic per Pœnitentiam non simul cum culpa dimittitur reatus etiam reatus dimittitur.

XIV. Dico tamen primo. Remota causa removetur effectus: sed culpa est causa reatus pœnæ: ideo enim quia est dignus pœnæ, quia culpam commisit, ergo remissa culpa non potest remanere reatus pœnæ.

Respondet cum S. Thom. q. 86. citata, art. 4. ad 1. quod remota causa removetur effectus correspondens causæ, quæ remanet: & sic dimissa culpa dimittitur pœnæ æternæ correspondens averfioni, quæ est formale in peccato. Pœnæ autem temporalis, quæ est effectus inordinatæ delectationis, & conversionis, quæ est quasi materiale in peccato, non statim removetur; sicut nec statim removetur, maxime in habitatis, inordinatio, cui pœnæ temporalis correspondet, fed aliquid ejus manet. Sicut in infirmo sanato morbo, adhuc remanent morbi reliquæ, quæ indigent curatione.

XV. Dico secundum. Per Baptismum removetur non solum culpa, sed omnis pœnæ etiam temporalis. Cur ergo non per Pœnitentiam? — Rursus: Inordinata conversio ad creaturam dicitur illa, quæ homo ponit suum ultimum finem in creatura: sed ista post Pœnitentiam non remanet; quia per Pœnitentiam homo creaturam relinquunt, & Deo, ut ultimo fini, iterum se subicit; ergo &c.

Respondet neg. conf. cum S. Thom. q. 86. citata, a. 4. ad 3. Nam in Baptismo homo participat reatibus virtutum: Pœnitentia Christi aspectu per agnam, & Spiritum Christi, communitatis peccati, & in eo regeneratur ad novam vitam: & ideo in Baptismo homo confugit remissionem reatus reatus pœnæ. In Pœnitentia vero consequitur virtutem virtutum Christi; secundum modum proprium actuum, qui sunt materia Pœnitentiæ, sicut in qua Baptismi... Et ideo non statim per primum actum Pœnitentiæ, quæ remittit culpam, solvitur reatus reatus pœnæ, sed completis omnibus Pœnitentiæ actibus. — Aliter responderi potest ex Trid. Sess. 14. c. 8. Nam Divina iustitia reus excipitur videtur, ut alter ab eo in gratiam recipiatur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquit: aliter vero, qui simul a peccati, & Damoni servitute liberati, & accepto Spiritu Sancto

domo, scienter (ideft ex malitia) Templum Dei violare, & Spiritum Sanctum conſpicere non formidaverunt.

Ad id, quod additur, dico, quod licet in homine per Pœnitentiam juſtificatio non maneat inordinata converſio ad creaturam quatenus culpa eſt; remanet tamen reus poenæ, & debitum eam ſolvendi, quod homo pro illa incurrit: quodque apud divinam juſtitiam non relaxatur; niſi pro eo fuerit ſatisfactum.

XVI. Dices tertio. Et Apoſtolo, Rom. 5. donum Chriſti effectus eſt, quam peccatum: ſed homo peccando incurrit culpam, & poenam, etiam temporalem; ergo per gratiam Chriſti ſtramque remittitur. Immo, ſi gratia Chriſti ſolvit reatum poenæ æternæ, que major eſt; quare non ſolvit reatum poenæ temporaliſ, que minor eſt.

Reſpondeo ex dictis cum S. Thom. ad 2. diſparẽ eſſe rationem de relaxatione poenæ æternæ, ac temporaliſ. Nam relaxatio poenæ æternæ, eſt opus gratiæ operantiſ; opus autem gratiæ operantiſ eſt gratia ſola: ſolutio autem poenæ temporaliſ eſt effectus gratiæ cooperantiſ; effectus autem gratiæ cooperantiſ non eſt gratia ſola, ſed correfpondet gratiæ, & libero arbitrio. Quare, ut poenæ temporaliſ ſolvatur, debet homo cooperari, patienter tolerando poenam, vel in hac vita, vel in futura: niſi aliunde tanto charitatiſ ardore juſtificetur, ut divini juſtitiaſ plene ſatisfaciat. Hoc tamen non obtante efficacior eſt gratia, quam peccatum; quia gratia operans non ſolum tollit maculam peccati, & poenam ſolvit æternam, ſed conferet etiam meritum vite æternæ: & gratia cooperans non ſolum tollit poenam temporalem, quam cauſavit peccatum, ſed etiam conferet meritum augmenti gloriæ in vita æterna.

XVII. Quod autem obijcere ſolent Aſcholici ex illo, Rom. 8. v. 1. Nihil hinc damnationis eſt illi qui ſunt in Chriſto Jeſu, ſolvendum prius eſt ab illis, qui volunt etiam in reatis remanere peccatum, & ſolum eis non imputari. Interim dico, nihil eſſe damnationis in juſtificatiſ, quia in eis delata eſt omnia culpa, cui debetur damnatio ad poenam æternam; debitum autem poenam temporalem ſolvendi non eſt damnatio, ſed purgatio, qua viam ad Regnum Calorum ſibi aperiant.

DUBIUM II.

De remiſſione venialium per Pœnitentiã.

S. I.

An peccatum veniale remitti poſſit ſine Pœnitentiã?

J. Dico. Peccata venialia non remittuntur ſine Pœnitentiã ſaltem virtuali. Ita S. Thom. 3. part. quæſt. 87. art. 1. Prior pars, quod peccatum veniale non remittitur ſine poenitentia, probatur. Peccatum veniale licet non totaliter avertat voluntatem a Deo; ſicut facit peccatum mortale; tamen aſfectum eius retardat, ne prompte feratur in Deum; ergo ſicut ut remittatur mortale, requiritur actus, qui peccator dolens, & deſectetur ſuum voluntariam averſionem a Deo, coneturque cum Deo iterum ſubjicere; qui actus poenitentiaſ eſt; ita, ut ſibi remittatur veniale, requiritur, ne homo deſectetur talẽ retardationem ſui affectus in Deum, æque affectus ſuos in Deum expedite dirigere ſtragat, qui actus Pœnitentiæ eſt. Quamvis enim voluntas peccato adhæret, peccatum, ſive mortale, ſive veniale eſt remitti non poſſet.

II. Secunda vero pars ſic offenditur ex eodem S. Thom. Nam, ut veniale remittatur, aliqua (ex dictis) diſplicitia requiritur, ſed actualis neceſſaria non eſt, habitualis autem non ſufficit; ergo ſufficit virtualis ſeu implicita. Maj. ex dictis patet. Min. pro prima parte prob. Major Pœnitentia requiritur ad delendum mortale, quam ad delendum veniale: ſed ad delendum mortale requiritur Pœnitentia actualis: Ut ſcilicet, homo actualiter peccatum mortale commiſiſſe deſectetur, quantum in ipſo eſt; ut ſcilicet diligentem adhibeat ad rememorandum ſingula peccata mortalia, ut ſingula deſectetur; ergo hoc non requiritur ad delendum veniale. — Pro ſecunda vero parte prob. min. Habitualiſ Pœnitentiaſ in diſplicitia peccati habetur per habitum Pœnitentiæ, vel charitatiſ: hæc autem non ſufficit: Quia ſic charitatiſ non comparatur peccatum veniale; quod patet eſſe falſum. — Conſequentiã vero ſequitur a ſufficientiſ diviſione. Cum enim non ſit extogitabilis Pœnitentiaſ, quæ non ſit, vel actualis, vel habitualis, vel virtualis; ſequitur, quod ſi prima non requiritur, ſecunda non ſufficit, tertia requiritur.

Quid autem nomine Pœnitentiæ intelligat, explicat ipſe S. Thom. ſibi ſubdens: Puta, cum aliquis hoc modo ſeruat ſecundum affectum in Deum, & res divinas, ut quicquid ſibi occurreret, quod eam ab hoc metu recedat, diſplicitur ei, & dolens, ſe commiſiſſe, etiam ſi illa ab illo non cogitaret. Quod tamen non ſufficit ad remiſſionem peccati mortaliſ; niſi quantum ad peccata, aliter poſt juſtificationem impunitum. Ex quo ſequitur etiam, quod actus fervens dilectionis Dei, ex perfectã charitate procedens, dici poſſit virtualis diſplicitiaſ, ſeu Pœnitentiaſ remiſſiva peccati venialiſ; quia, ut docet ibi, ad 3. Forus charitatiſ virtualiter implicat diſplicitiam venialium peccatorum. Et ex hoc 3. p. q. 79. art. 4. probat, per lachryſiam peccata venialia remitti.

S. II.

Solvuntur Objectiones.

III. Obijcies primo: De venialibus impoſſibile eſt poenitentia. Quod prob. Poenitentia enim vera non ſolum dicit diſplicitiam de peccato præterito, ſed & propoſitum cavendi de futuro: atqui hoc propoſitum habere nemo poſſet, quia nemo ſine venialibus præſentem vitam ducere nequit; ergo &c.

IV. Reſpondeo cum S. Thom. q. 87. art. 1. citato, ad 1. neg. ant. & ad prob. diſt. min. Sine omnibus, conc. min. Sine ſingulis, neg. min. Licet ergo in vita præſentem homo vitare non poſſit omnia venialia collectivè; poſſet tamen vitare ſingula, hoc eſt, nullum ei occurrere poſſet, quod vitare non poſſet: & ideo ad poenitentiam peccatorum venialium requiritur, quod homo propoſitum abſtinere a ſingulis, non tamen ab omnibus; quia hoc infermitas hujus vite non patitur.

Debet tamen (notate aurea verba) habere propoſitum ſe præ omnium venialium abſtinere, & ideo poenitentiaſ requiritur deſectendi: cum deſectere appetitum præſentem, ſeu tollendi impoſitum ſpiritualiſ profectum, quæ ſunt peccata venialia.

V. Obijcies tertio. Si quis dormiens occideret propter Chriſtum, ſtatim evolare ad Calum, & conſequenter ei dimitterentur peccata venialia; ſed in ipſo nulla eſt diſplicitia peccatorum venialium; ergo &c.

Reſpondeo S. Thom. citatis ad 2. Quod poſto pro Chriſto ſuſcepta obitas vim baptiſmi; & ideo poenitentiaſ ab omni culpa, & veniali, & mortali, niſi actualiter voluntatem inordinari peccato abſtraheret. Et hoc, quia ſupponitur in ipſo voluntas virtualis omnia ſua in Deum referendi.

VI. Obijcies tertio. Venialia remittuntur pro aſpentionem aque benedictæ; ergo remittuntur ſine Pœnitentiã.

Reſpondeo cum S. Thom. q. 87. citata p. 3. diſt. art. 1. Quatenus inclinat ad motum Pœnitentiæ, aut reverentiæ in Deum explicite, vel implicite, conc. ant. Alter, nega. ant. Cum enim ad remiſſionem peccati venialiſ non requiritur poſitiã gratiæ inſuſta (ut offendit ibi art. 2.) ſed ſufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis deſectetur peccatum veniale, vel explicite, vel faltem implicite; ſicut cum aliquis ferventer movetur in Deum per motum reverentialem in ipſum, & ad res divinas; hoc modo Aſperſio aque benedictæ, benedictio Episcopaliſ, quilibet ſacramentaliſ unctio, oratio in Eccleſia dedicata, & ſi aliqua ſunt hujusmodi, operantur ad remiſſionem peccatorum venialium. Ita S. Thom. in corpore. Adde tamen ibi, ad 3. Quod pro prædicta tolluntur quidem peccata venialia, quantum ad culpam, ſum virtuteſ aliquam ſatisfactioem, cum etiam virtuteſ charitatiſ, cujus motus per prædicta excitatur: non autem per quodlibet prædictorum ſemper tollitur totus reatus poenæ. Quia ſic qui oſtes omnino immunis a peccato mortali, aſperſus aqua benedicta ſtatim evolare in Calum; ſed reatus poenæ remittitur per prædicta ſecundum motum fervoris in Deum, qui per prædicta excitatur, quandoque magis, quandoque autem minus.

VII. Obijcies quarto. Venialia remitti poſſunt quoad culpam, etiam poſt hanc vitam, ut docet Articuluſ de Purgatorio; ſed poſt hanc vitam non eſt locus Pœnitentiæ; ergo &c.

Reſpondeo ad min. Poſt hanc vitam non eſt quidem locus Pœnitentiæ, quia interius ſtatut de malo in bonum, eſt, tamen locum diſplicitiam præteritorum: ita ut ex diſplicitia, quamvis non per modum meriti, per modum diſpoſitionis contrariæ elucet ſordem venialiſ. Unde S. Thom. in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 2. q. 1. concludit. Et ideo dicendum, quod culpa venialiſ in eo, qui cum gratia deſectit, poſt hanc vitam dimittitur per ignem purgatorium; quia poenã illaſ aliquantulum voluntaria virtute gratiæ habetis vim expiandi culpam omnem, quæ ſua mal cum gratia ſtare poſſet. Et q. 7. de Malo art. 11. de illis, qui in peccato veniali præveniuntur morte in ſomno, vel aliqua paſſione auferente eis uſum rationis, dicit: Et ideo oportet dicere, quod venialia remittuntur eis poſt hanc vitam, etiam quantum ad culpam eo modo, quo remittuntur in hac vita; ſcilicet per actum charitatiſ in Deum repugnantiem venialibus in hac vita commiſiſ. Quia tamen poſt hanc vitam non eſt ſtatim merendi; ille diſplicitiam motus tollit quidem impediendum venialiſ culpa; non tamen meretur abſolutionem, vel diminutionem poenæ, ſicut in hac vita. Vide S. Thom. citatis locis: de his enim agere in præſens non valet.

DUBIUM III.

An peccata per Pœnitentiã dimiſſa redeant per ſequens peccatum?

S. I.

Reſolutio prior.

I. Dico. Peccata per Pœnitentiã dimiſſa, per ſequens peccatum, ſimpliciter non redeunt. Ita S. Thom. 3. p. q. 88. art. 1. Et probat. Nam opus Dei irritari non poſſet per opus hominiſ, ex illo, Rom. 3. Numquid incredulitatiſ illorum opus hominiſ, ex illo, Rom. 3. Numquid incredulitatiſ illorum opus Dei? Sed dimiſſio peccati præcedentiſ fuit opus Dei; ergo per opus hominiſ irritari non poſſet; irritaretur autem ſi homo peccando redire faceret peccatum jam dimiſſum. — Nec dicit, Deum præſcium, hominem illum iterum peccaturum, remittere peccatum ſolum ſecundum præſentem.

ſentem juſtitiam. — Nam contra eſt primo. Quia Deus peccatum dimittit poenitentiaſ abſolute, non ſub conditione, eique gratiam abſolute donat: poſta autem cauſa ſufficiente, & efficaciſ ponitur abſolute. Vel ergo gratia, & ſacramenta peccatum delinunt; & ſic nulla datur cauſa, cur redeat. Non Deus; quia Deus peccati cauſa eſt non poſſet. Nec homo: quia homo non committit illud idem, quod ante commiſſerat. Vel gratia; & ſacramenta non omnino deſtinent, ac delent peccatum; & ſic non ſunt cauſe fatiſ efficaciſ ad delendum peccatum; & incidimus in errorem modernorum Aſcholicoꝝ voluntium, per gratiam peccata tantum tegi, & non imputari, non deleri, ac tolli.

II. Confirmatur. Si peccatum remiſſum, per ſubſequens rediret, vel rediret ſecundum eſſe phyſicum, & hoc nequit eſſe; quia dum quis ſecundo peccat, non facit redire eundem numero actum, quo primo peccavit, immo neque poſſet. Vel quantum ad eſſe morale, ſive quantum ad culpam, & poenam; & hoc non poſſe eſſe, eſt offendit. Nam, Ezechiel. 18. v. 21. dicitur: Si impius egreſſus poenitentiam ab omnibus peccatiſ ſuis... omnium iniquitatum ſuarum, quas operatus eſt, non recordabor. Tum quia; Deus cum peccata dimiſit, ea abſolute dimiſit, non autem ſub conditione, quod iterum non peccetur.

III. Dices tamen. Legimus, Matth. 18. quod quamvis Dominus ſervo nequam totum debitum dimiſerit; quia tamen poſtea crudeliter peccavit in conferendum ſuum, conceſſam prius dimiſſionem revocavit, & tantum ab eo egreſſe, quantum debebat ante remiſſionem; ergo dimiſſio peccati ſemel facta a Deo revocatur.

Reſpondeo, neg. conf. Servus enim ille pauperis fuit tanta poenã, quantum meretur ante dimiſſionem; non quia Dominus conceſſam remiſſionem revocavit, vel peccatum jam dimiſſum puniſt; ſed quia peccatum ſubſequens, immanitatiſ, tempe, qua ſervit in conferendum, ratione ingratitudiniſ, adeo aggravata fuit coram Domino, ut æquaverit omnium priorum criminum gravitatem, ut dicitur.

IV. Dices ſecundo. Merita per peccatum mortificata revivunt per poenitentiam, ut infra, ergo etiam iniquitas remiſſa revivificat per ſubſequentem.

Reſpondeo, neg. conf. cum S. Th. 3. part. quæſt. 89. art. 5. ad 1. Nam Opera peccatiſ abolerantur per poenitentiam ſecundum ſe, ita ſcilicet, quod ex eis ulterius Deo indulgentia, nec macula, nec reatus inducatur. Sed opera in charitate facta non abolerantur a Deo, in cuius acceptatione remanent; ſed impedimentum accipiunt ex parte hominiſ operantiſ; & ideo remota impedimenta, quod eſt ex parte hominiſ operantiſ, Deus implet ex parte ſua illud, quod opera merentur.

S. II.

Reſolutio poſterior.

V. Dico. Eſt peccata dimiſſa non redeant ſimpliciter per ratione ingratitudiniſ in hoc poſite, quod poenitentiaſ rutiſ opus offendit, a quo miſericorditer fuerat veniam conceſſus: Et hoc (inquit S. Thom. quæſt. 88. art. 1. citato) non eſt peccata dimiſſa redire ſimpliciter, ſed redire ſecundum quid, in quantum ſcilicet, virtualiter in peccato ſequenti continetur. Probatur ex eodem S. Doct. Homo ſecundo peccans poſt prioris peccatiſ remiſſionem, ex terminis videtur gravius peccare, quam cum primo peccavit; quia videtur continere divinam bonitatem. Cum enim ob primum peccatum mereretur a Deo annihiſari, placuit tamen eum ad poenitentiam expectare; quod ſi adhuc ei placuit peccatum condonare; quis non videt, tanto magis continere divinam bonitatem, ſi peccatum iteretur. Quamvis tamen beneficium eſt peccatum remittere, quam peccatorum ſullinere? Hoc patet in Servo Evangelico, cujus immanitatiſ in conferendum ſuum maxime aggravata eſt apud Dominum ex hoc præſente, quod dimiſerat ei debitum (Matth. 18. v. 32.) Servo nequam omne debitum dimiſiſt ei, quantum rogaviſt eum.

VI. Nota tamen cum S. Thom. q. 88. citata art. 2. ad 3. quod licet innocentiaſ ſit majus beneficium in ſe, relate tamen ad ſubjectum majus beneficium eſt remiſſio peccatiſ. Nam magitudo beneficiſ poſſet penſari dupliciter: Uno modo ex quantitate ipſius beneficiſ; & ſecundum hoc innocentiaſ eſt majus Dei beneficium, quam Pœnitentiaſ, quia dicitur ſecunda tabula poſt naufragium. Alio modo poſſet penſari beneficium ex parte recipientis; qui minus eſt dignus; & ſic magis ſi ſibi gratia: unde & ipſe magis eſt ingratuſ, ſi contemnet. Et hoc modo beneficium remiſſionis culpa eſt majus, in quantum præſtat totaliter indigno; & ideo ex hoc ſequitur magis ingratuſ. Ex quo ſequitur etiam, quod licet primum peccatum poſſit eſſe gravius ex ſua ſpecie, puta, blaſphemia, vel odium Dei; ſecundum tamen, quod committitur poſt beneficium remiſſionis primi, magis aggravatur ex circumſtantiã ingratitudiniſ.

VII. Quæres: An per ingratitudinem peccati ſequentiſ conſurgat tantus reatus, quantum fuerat peccatorum prius dimiſſorum? Reſpondeo cum S. Thom. citata quæſt. 88. art. 3. per ingratitudinem peccatiſ ſequentiſ non conſurgere tantum, ſeu arithmeticè æqualem reatum, quantum fuerat reatus peccatorum prius dimiſſorum; bene tamen proportionaliter, & geometricè: id eſt, quod quanto peccata dimiſſa fuerunt plura, & maiora; tanto major redet reatus per qualemque ſequens peccatum mortaleſ. Explicatur hoc. Creſcit enim offenſa: non quidem ex gravitate, quam habet peccatum peccatum ex ſua ſpecie: nam poſſet eſſe, quod peccata præcedentia fuerint ex ſua ſpecie graviora, quam peccatum ſequens: Nec etiam ex gra-

viare, quam habet ratione ingratitudiniſ. Non enim oportet, quod quantitas ingratitudiniſ ſit abſolute æqualis quantitatiſ beneficiſ ſuſcepti; cujus quantitas attenditur ſecundum quantitatem peccatorum prius dimiſſorum. Contingit enim, quod contra idem beneficium unus eſt multum ingratuſ, vel ſecundum intentionem contemptuſ beneficiſ, vel ſecundum gravitatem culpa contra beneficium commiſſiſ; alius autem parum, vel quia minus contemnit, vel quia minus contra benefactorum agit; ergo gravitas peccatorum non ſemper tanta eſt arithmeticè in peccato ſequenti, quanta in præcedentibus fuit: Sed proportionaliter quantitas ingratitudiniſ ad quantum beneficiſ ſuſcepti; & ideo æquali contemptuſ beneficiſ, vel offenſa beneficiſ; tanto erit gravius ingratuſ, quanto beneficium ſuſt majus. Quibus probata manet ſecunda pars.

VIII. Si iterum quæras: An hæc ingratuſ, per quam quodammodo dicuntur redire peccata ſemel dimiſſa, ſit ſpeciale peccatum?

Reſpondeo S. Thom. quæſt. 88. citata art. 4. quod quandoque eſt ſpeciale peccatum, quandoque non; ſed ſolum circumſtantiã conſequens quodlibet peccatum mortaleſ commiſſum poſt primum. Eſt ſpeciale peccatum, quando directe intenditur a peccatore, qui in contemptum Dei, & ſuſcepti beneficiſ aliquod peccatum committere vult. Eſt vero ſolum circumſtantiã, quando non ex contemptu, neque ingratitudiniſ intentione peccatur, ſed ex poſſione, vel alia cauſa. — Ex quo ſequitur, quod ingratuſ, quod eſt ſpeciale peccatum, debet neceſſario exprimi in confeſſione; ſecus vero quando eſt circumſtantiã per ſe loquendo. Si tamen conſequenti, & recidivitas in peccando eſt circumſtantiã nobilitat aggravanſ, & neceſſaria, ut poſſit cognofci ſtatus poenitentiaſ, & oportum remedium adhiberi, puta, occaſione peccandi tollendi, neceſſario debet exprimi, ut dicitur.

DUBIUM IV.

De abſiſ Pœnitentiã fruſtratiſ, & affectuſ.

S. I.

An Pœnitentiaſ virtutes recuperet, & in quali gradu?

Dico. Pœnitentiaſ omnes virtutes homini reſtituitur; non tamen ſemper in æquali gradu; ſed aliquid majori, aliquid minori intentione. Prima pars offenditur a S. Thom. 3. p. q. 89. art. 1. ex illo Luce 17. ubi Pater mandavit, ut filio prodigo poenitentiaſ reſtitueretur ſtola prima, annulus & calceamenta: id eſt, ait Ambroſius, amictuſ ſapientiæ, quam conſequentur virtutes, ſecundum illud Sapientiæ 8. Sobrietatem, & juſtitiã, docet, prudentiam, & virtutem.

Rationem dat S. Thom. laudatus. Per Pœnitentiã enim reſtituitur gratia; ſed ex effectibus ſunt omnes potentiaſ, ut diximus, Thom. 1. in 2. 2. q. 3. De gratia habit. dub. 5. q. 3. ergo &c. Maj. patet. Nam per Pœnitentiã homo conſequitur remiſſionem peccatorum; hæc autem non poſſet eſſe, niſi per gratiam; ut eodem Tom. 1. Tract. De juſtitiã, quæſt. 1. dub. 5. oſtenſum eſt. — Notat tamen S. Thomas ibi, ad 1. quod Pœnitentiaſ reſtituit virtutes per illum modum, quo eſt cauſa gratiæ: cum autem non ſit cauſa gratiæ ut virtus eſt, ſic eſt eſt potius effectus gratiæ, ſed quatenus ſacramentum eſt; reſtituit virtutes, ita ut habitus poenitentiaſ ſimul cum habitibus aliarum virtutum per ſacramentum Pœnitentiæ cauſetur. Nota tamen, S. Thom. loqui de virtutibus inſuſiſ. Nam habitus virtutum acquiruntur, ſicut per peccatum mortaleſ non amittuntur; ita neque per Pœnitentiã reſtituuntur.

II. Dices, Habens virtutem ſine difficultate, & deſectabiliſ ter operatur actum virtutiſ: ſed multi poenitentiaſ adhuc difficultatem patiuntur in operando actum virtutiſ, ergo &c.

Reſpondeo, hæc difficultatem non oriri ex defectu inclinationis virtutiſ, ſed ex indipoſitione ſubjecti. Ut enim ait S. Thom. citatis, ad 3. Quandoque poſt primam actum Pœnitentiæ, qui eſt contritio, remanent quedam reliquia peccatorum, ſcilicet diſpoſitiones ex prioribus actibus peccatorum cauſata, ex quibus præſtat difficultas quedam poenitentiaſ ad operandum opera virtutiſ: ſed quantum eſt ex iſta inclinatione charitatiſ, & aliarum virtutum, poenitens opera deſectabiliter, & ſine difficultate operatur: ſicut ſi virtuoſus per accidens difficultatem pateretur in executione actus virtutiſ propter ſomnum; aut aliquam corporis indipoſitionem.

III. Secundo vero partem docet S. Thom. citata q. 89. art. 2. hoc diſcuſſa. Forma, qua poſſunt recipere magis, & minus intenduntur, & remittuntur ſecundum diſpoſitionem diſpoſitionem ſubjectiſ; ergo ſecundum quod motus liberi arbitrii eſt intentioneſ, vel remiſſioſ, ſecundum hoc poenitens conſequitur majorem, vel minorem gratiam: Atqui Contingit, intentionem motus poenitentiaſ quandoque proportionatam eſſe majori gratiã, quam fuerit illa, a qua cecidit; ergo poenitens conſequetur æqualem, quandoque vero minorem: ergo poenitens conſequetur reſuſti in majori gratiã (ſicut S. Petrus, & Maria Magdalenã) quandoque autem in æquali, quandoque etiam in minori. Ex eadem ratiõ eſt de virtutibus, quæ ex gratiã conſequentur. Sed de hoc redibit fermo, dub. 5.

S. II.



aperetur versus turris magnæ molis, et parvulus nullam habeat proportionem ad positive causandam talem everisionem. Sic ergo contritio ut unum, nullam habet proportionem ad gratiam ut centum; potest tamen removere prohibens, ut materia ut centum moralitatem, illam revera mereantur, sicut de factis illam prius merebantur, cum secundum nihil sui perierint, sed adæquate maneant in acceptatione divina. Hæcque clare.

XVI. Sed difficultas non modica est de tempore, quo dicta materia secundum eorum totam quantitatem reviviscant non solum moraliter, sed etiam physice; id est, de tempore, quo jus illud morale meritorum præcedentium ad majorem gratiam, & gloriam, habiturum sit suum augmentum physicum.

XVII. Ad quod dicunt, hoc habiturum immediate post mortem, seu in instanti ingressu Paradisi. Tunc enim Beatus ex præsentia amabilissimi objecti elicit actum ferventissimi amoris, quo fiet dispositus ad tantam gratiam, & gloriam habendam, quanta ejus meritis præcedentibus debeatur. Quod probant. Quia tunc solum homo erit sufficienter dispositus ad gratiam correspondentem meritis mortificationis, quando elicit actum illis in intentione æqualem, cui proprium augmentum non debeatur; sed hoc solum potest contingere post hanc vitam, quia omni actui charitatis elicit in presenti vitam homo est victor, promissa est a Deo propria gratia ei correspondens; ergo &c. Maj. prob. Quia actus, cui proprium augmentum debetur, non potest disponere ad gradus alios meritis correspondentes, sed tantum ad gradus sibi debitos. Ita illi, nec improbabiler. Prior tamen responsio menti S. Thomæ videtur conformior.

Q U Æ S T I O IV.

De Contritione.

Actus penitentis, quos materia proxima sacramenti Pœnitentiæ posuimus, modo suscipimus examinandos, quorum primus est contritio.

D U B I U M I.

Quid sit Contritio, & quæ sit.

S. I.

Quid sit Contritio.

I. Contritionis nomen, ut explicat S. Thom. qu. 1. Suppl. 3. par. 2. ar. 1. derivatur a verbo *Contrere* quod significat rem duram minutatim confingere: *Frangi* (inquit) dicitur aliquid, quando in magno parte dividitur: sed comminuitur, vel contritur, quando ad partes minutas reducitur hoc, quod in se solidum erat. Et quia ad dissolutionem peccati requiritur, quod assuetum peccati homo totaliter dimittat, quem per quantumdam contritionem, & soliditatem in seipso suo habet, ideo actus ille, quo peccatum dimittitur, contritio dicitur per similitudinem.

II. De Contritione, secundum diversas ejus considerationes, varias tradit definitiones S. Thomas ibi, quas Studiosus videre poterit. Nos addimus eas, quam de Concilio Tridentino, Sess. 14. cap. 4. nempe, *Contritio animi dicitur, ad detestatio est de peccato commisso cum proposito non peccandi de futuro.* Contritio ergo dicitur *Dolor*, non quidem is, quem corporis sensu percipimus, vel experimur; hic enim non est contritio, sed effectus, ac telus contritionis. Dicitur ergo *Dolor*; prout est actus voluntatis, & meror mentis, juxta illud Isaie 38. v. 15. *Reverentio sibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Additur *ly Detestatio de peccato*; quia ad contritionem non sufficit maestas cordis, animæ amaritudo; sed requiritur sincerum odium peccati; quia sicut voluntas non potest profectui bonum, nisi illud amando; ita nec potest fugere, & dolere de malo, nisi oderit malum. Quibus damata manet propositio Lutheri, de qua supra, dicens: *Optima Pœnitentia est nova vita.* Vera enim contritio, ait Trident. ibi, importat, *Non solum cessationem a peccato, & vice, nova propositum, & intentionem, sed & veteris animi odium.* Si enim quis volens reconciliari homini offendit, si bene displicere, quod eum offenderit, cur volumus reconciliari Deo, & non offendere dolorem de offensis ipsi factis? Ad dicitur *ly Cum proposito* &c. qui Pœnitentiæ sincera non est, nisi certam, & stabilem vitam emendandæ voluntatem includat; cuius sinceri propositi necessitate offendit Christus; tum Joan. 7. v. 12. cum muliere adultera dixit: *Vade, & non amplius noveris peccare.* Tum Joan. 5. ver. 14. cum paralitico ait: *Ecce factus es sanus; & jam non peccare.* Sic etiam qui amicum offenso reconciliari vult, non solum dolere debet, quod eum offenderit, sed & cavere, ne in posterum ejus amicitiam laedat.

III. Ergo ad contritionem concurrunt, nempe, dolor de peccato, detestatio, seu odium peccati, & propositum non peccandi de cetero. Scio, aliquos in questionem vocare: in quo ex prædictis essentia contritionis consistat. Sed huic questioni vale dicentes, dicimus, quod vis omnia ad essentiam contritionis pertineant, sive non: hoc certum esse debet, hæc tamen ad veram contritionem esse necessariam.

S. II.

Quæ sit Contritio.

III. Contritio, ut docet Tridentinum citata Sess. 14. cap. 4. duplex est. *Perfecta* scilicet, & *Imperfecta*. *Perfecta*, quæ vere contritio dicitur, est dolor de peccato commisso ex amore Dei super omnia conceptus, & charitate perfectus, cum proposito non peccandi de cetero, & voto suscipiendi sacramentum Pœnitentiæ. Quæ ultima verba a Concilio ponuntur, ut Christiani homines fiant, veram contritionem non esse, nisi annexum habeat votum, & voluntatem sinceram accedendi ad sacramentum Pœnitentiæ, & se suscipiendi Ecclesiæ; a quibus solvi debet in terra, ut sit solutus in Cælo (ut egregie loquitur Augustinus, Ser. 251. alias *Epistola 50. cap. 4.*) Unde qui concipit dolorem de peccato, votum tamen accedendi ad sacramentum Pœnitentiæ non habet; ite justificationem non obtinet, sed in damnatione maneret. Quomobrem Sixtus IV. hanc propositionem Petri Oxoniensis damnavit: *Peccata mortalia deleantur per solum cordis contritionem, absque ordine ad clavum Ecclesiæ.* Qui vero contritionem perfectam habet cum voto accedendi ad sacramentum Pœnitentiæ statim justificatur: Quia sicut Baptismus liberat a morte peccati, non solum prout actus recipitur, sed etiam secundum quod in voto habetur: ita Pœnitentiæ sacramentum remittit peccata non solum ut actus suscipitur a peccatore, sed quatenus votum habet ad eam accedendi. Sed de hoc inferius sermo erit.

IV. Contritio vero imperfecta, quæ vulgo *Attritio* dicitur, secundum Tridentinum, laudato loco, est dolor ac detestatio peccati commissi concepta, vel ex turpitudine peccati, vel ex gehenna, & penam metu cum spe veniæ, voluptatem ulterius peccandi excludens: *Quæ Quamvis sine sacramentum Pœnitentiæ per se ad justificationem perducere peccatorem non potest; tamen cum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit.* Sed de hac fate inferius.

S. III.

Quomodo differat Contritio ab Attritione.

V. Dico. Probabilis sententia, contritionem essentialiter ab attritione differre. Probo. Licet enim tam attritio, quam contritio sine dolor de peccato, etiam sub diversa ratione formali de ipso dololet contritio, ac attritio. Contritio tamen dolor de peccato, quatenus est injuria Deo illata, & compensabilis per satisfactionem: attritio autem est dolor de eodem, quatenus est malum ipsius peccatoris; quia nimirum peccato est annexa turpitudine, vel pena gehennæ. Quis autem non videt, peccatum, sub hac duplici ratione inspectum, esse objectum formaliter diversum specificans actus essentialiter diversos?

VI. Confirmatur. Actus, qui eliciuntur a virtutibus specie diversis, sunt specie essentialiter diversi: ad hujusmodi sunt attritio; ergo &c. Min. prob. Contritio elicitur a virtute Pœnitentiæ tanquam actus primarius illius. Attritio vere elicitur, vel a timore servilis, vel a virtute spei, vel ex metu gehennæ: si vero sit ex turpitudine peccati, elicitur ab illa virtute morali, cui talis turpitudine opponitur; cum eisdem virtutis sit profectui bonum, quod respicit; & detestari oppositum. Sicut ad eandem virtutem temperantem pertinet nequid amare honestatem temperantem; sed etiam peccatum in temperantem oppositum detestari.

Urgo magis. Actus attritionis est actus informis; ergo ab habitu Pœnitentiæ infuse elici non potest. Ut enim docet S. Thom. in Suppl. 3. par. qu. 1. ar. 3. *Habitus virtutum infusarum qui voluntatem respiciunt, non possunt esse informes cum charitate consuevantur; ut in corde libidinosum est.* (dist. 27. qu. 2. ar. ultimo, qu. 3.) Unde antiquum gratia infundatur, non est habitus, a quo actus contritionis potest elici; ergo attritionis actus non est ab habitu infuso Pœnitentiæ, sed ab alio habitu, ut dictum est, Spiritu Sancto quidem ad eum movente, sed nondum inhabitante, ut docet Tridentinum, Sess. 14. cap. 4.

VII. Ex quo infero cum eodem S. Thom. citato, quod licet homo ex attritio possit fieri contritus; attritio tamen non potest fieri contritio, sicut fides informis sit formata: *Quia quomodo habitus fidei informis fiat formatus; quia actus ille informis transiit, & non manet, veniente charitate: attritio autem, & contritio non dicuntur habitus, sed actus tantum: Fit tamen homo ex attritio actu contritus habitu: quia per sacramentum Pœnitentiæ accipit gratiam, charitatem, & habitum infusum Pœnitentiæ.*

VIII. Nec dicas. Homo dum adhuc est in peccato, non habet virtutes morales infusas: acquirit vero, quia naturaliter, non sufficient ad actum attritionis eliciendum, ut oportet, cum debeat esse supernaturalis. — Respondeo enim, attritionis actum procedere a virtutibus moralibus acquisitis, ut elevatis per impulsum Spiritus Sancti moventis, & in hoc sensu attritio potest esse materia sacramenti Pœnitentiæ.

IX. Ex his colligis, inter contritionem, & attritionem multas esse differentias. Prima: quod contritio semper cadit super omnia peccata, nec autem attritio. Et ratio est. Quia contritio detestatur peccatum quatenus offensit Deum est, in quo omnia peccata conveniunt: attritio vero illud detestatur, vel quatenus

quatenus habet specialem deformitatem, vel quatenus specialem pœnæ causativam: ideoque potest quæteri de uno peccato, non de omnibus. Unde si peccator plura specie peccata commiserit, non sufficit, ut attritione detestetur deformitatem unius, vel pœnam specialem ei debitam: sed debet multiplicare attritiones juxta numerum peccatorum, vel ea omnia detestari quatenus sunt causativa pœnæ æternæ, in quo omnia conveniunt; sic enim unicus attritionis actus sufficit pro omnibus.

Secunda differentia est: quod contritio convertit hominem in Deum, ut ultimum finem, ratione charitatis adjunctæ, qua homo amabiliter accedit ad Deum. Attritio vero licet faciat hominem recedere a peccato, non tamen facit immediate accedere ad Deum; sed vel ad evitacionem peccatorum, vel ad honestatem virtutis, cui peccatum illud opponitur.

Tertia differentia est: quod contritio semper imperatur a charitate; attritio vero a timore servili.

Quarta: quod attritio, potest esse informis, & sine gratia, non vero contritio: hæc enim per se ipsam infallibiliter disponit hominem ad justificationem.

Quinta: quod contritio est summus, ac perfectus dolor de peccato; attritio vero est quidam dilectissima illius, sed imperfecta. Illud enim dicitur contritum, quod est totaliter tritum; illud vero dicitur attritum, quod est quidem tritum, sed non totaliter, & in omnes suas partes.

D U B I U M II.

De Contritio Charitate perfecta semper hominem Deo reconciliat etiam ante Sacramentum?

S. I.

Referuntur Opiniones, & Responsum.

I. Lutherus censuit, contritionem nunquam hominem Deo reconciliare, sive ante, sive in actuali susceptione pœnitentiæ. — Sed hic error expresse repugnat doctrinæ Concilii Tridentini, Sess. 14. c. 4. ubi hæc habet: *Decem præterea (S. Synodus) esse contritionem hanc aliquando charitate perfectam esse contingere, hominemque Deo reconciliare priusquam hoc sacramentum actu suscipiatur ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto non esse adscribendam.* Hoc ante docuerat S. Thom. in Suppl. 3. par. qu. 5. ar. 1. tum in arg. sed contra, dicens: *Virtus, & visum, eisdem causis corrumpuntur, & generantur, sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur; ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato causatum solvitur; & sic contritio peccatum delet.* — In corpore autem art. explicans modum, quo contritio peccatum delet: *Contritio (inquit) potest dupliciter considerari: vel in quantum est pars sacramenti, vel in quantum est actus virtutis: & utroque modo est causa remissionis peccati. Sed de hoc modo, quia in quantum est pars sacramenti primo operatur ad remissionem peccati instrumentatiter, sicut & de aliis sacramentis patet: in quantum autem est actus virtutis, sic est causa quæ materialiter remissionem peccati: eo quod dispositio est quæ necessaria ad justificationem: dispositio autem reducit ad causam materiale, si accipitur dispositio, quæ dispositio materialem ad recipiendum. Cum ergo contritio charitate perfecta sit, ultima dispositio, disponens hominem ad recipiendam gratiam remissionis peccatorum, eam causat in genere causæ materialis.*

II. Neque dicas, quod contritio est actus virtutis: sed virtus sequitur peccati remissionem, quia virtus, & culpa non sunt simul in anima; ergo contritio non est causa remissionis culpe. — Respondet enim S. Thomas, ibi, ad 2. *Quod peccati remissio uno modo procedit virtutem, & gratia infusionem; & alio modo sequitur. Et secundum hoc, quod sequitur, actus a virtute elicitus potest esse causa aliqua remissionis peccati.* III. Elius vero licet fateatur, contritionem charitate formatam, de qua Concilium loquitur, hominem Deo reconciliare, etiam prius quam actu sacramentum suscipiat: id tamen dicit, non semper fieri, sed raro, puta, quando urget mortis articulus; & Sacerdos haberi non potest: quando occurreret casus scandalii, aut alterius peccati incurrendi, si absolutio expectaretur: quando quis omnino non potest, aut fletum difficultate possit adire Sacerdotem, a quo absolveretur; veluti si habitaret inter infideles, aut teneretur in vinculis, alioque simili impedimento prohiberetur. Hæc enim in casibus, dicit Elius, in homine contritio votum sacramenti supplere id, quod ex parte sacramenti deest: ac regulariter, & copia Sacerdotis non deficiente, hominem, est contritio non justificari, donec sacramentum Pœnitentiæ actu suscipiat.

IV. Verum hæc opinio repugnare videtur Scripturis, quæ passim docent, eos qui toto corde ad Dominum convertuntur, sine mora veniam peccatorum accipere. Nam 2. Reg. 12. vix David Pœnitentiæ ductus, ait: *Peccavi Domino, cum flatum audivit a Nathan, ver. 13. Dominus quoque transiit in celum tuum.* Unde islem David, Psal. 31. ver. 5. *Dixi (inquit) confitebor adversum me iniquitatem meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* Super quæ ait August. Conc. 2. in Psal. 31. *Non jam pronuntiat, sed promittit se pronuntiatum; & ille dimittit.* Quia nimirum, est Non pronuntiatum: vos oves, pronuntiatum corde; Unde Gregorius, in septem Psal. Pœnit. Psal. 2. *Attende (inquit) quanta sit indulgentia visibili voluntatis, quanta misericordia Dei commendatio; ut conscientie desiderium comitetur veniæ, antequam ad cruciatum perveniret Thob. Tom. III.*

nia pœnitentia; ante remissio ad cor perveniat, quam confitio in vocem exumpat.

Conilat etiam ex repetita Dei promissione spondens peccatori veniam, si ingemuerit, Isaie 30. ver. 19. *Plorans nequamquam plorabis, miserans miserabitur tui: ad vocem clamoris tui, statim, ut audiverit; respondit tibi.* Quod repetitur, Ezechiel. 18. & 33. Rursus: promittit Deus, se dilectum diligentes, se Prov. 8. ver. 17. *Ego diligentes me diligo.* Et Joan. 14. ver. 21. *Qui autem diligit me, diligitur a Patre meo, & ego diligam eum &c.* Sed de his plura dicentur, cum ostendatur, dilectionem, etiam remissam, hominem per se justificare.

S. II.

Rationes Contrariæ.

XV. Dicit Elius primo, Bernardus, *Serm. 1. in festo Petri, & Pauli*, dicit, quod sententia Petri præcedit sententiam Cæli: sed hoc non sufficeret, si contritio charitate perfecta ordinarie justificaret ante sacramentum; ergo &c.

Dicit secundo, Non est asserendum, quod fideles ordinarie recipiant effectum Eucharistiæ ante ejus susceptionem; ergo neque hoc est asserendum de sacramentis Baptismi, & Pœnitentiæ.

Dicit tertio, Si contritio charitate formata ordinarie justificat, etiam ante sacramentum; quare Patres ostendunt necessitatem sacramentalis confessionis, & absolutionis pro remissione peccatorum, non quæ habita sit, sed habenda?

Dicit quarto, August. tract. 13. in Joan. *Quomocumque (inquit) Catechumenus proficiat, adhuc sacrum iniquitatis sui peccat: non illi amittitur, nisi cum venerit ad Baptismum.*

Dicit quinto, Tridentinum supra laudatum esse admittit, contritionem seipsa justificare, dicit tamen quod hoc facit, aliquando; ergo non semper, & ordinarie loquendo.

VI. Respondetur ad singula. Ad primum: S. Bernardum velle, quod sententia Petri præcedat sententiam Cæli; non quia peccator, est perfecte contritus ordinarie non justificatur ante sacramentum in re: sed quia cum regulariter peccator non accedit ad sacramentum cum contritione charitate formata, sed cum attritione; ideo non justificatur, nisi per absolutionem Sacerdotis: & sic sententia Petri regulariter præcedit sententiam Cæli.

VII. Ad secundum dico, non ideo vere contritos effectum Eucharistiæ non recipere, quia ex vi contritionis illis non sit remissa culpa quoad Deum; sed quia non est illis remissa per Ministros Ecclesiæ. Ut enim docet S. Thom. in Suppl. 3. par. qu. 5. ar. 1. ad 3. *Dispositio Eucharistiæ pertinet ad ministros Ecclesiæ. Et ideo ante remissionem peccati per Ministros Ecclesiæ non debet aliquis ad Eucharistiam accedere, quamvis sit sibi culpa quoad Deum remissa.*

VIII. Ad tertium dico, Patres ostendere necessitatem absolutionis ad remissionem peccatorum; non quia contritio cum voto Pœnitentiæ non justificat ante sacramentum; sed quia peccatores, & Catechumeni perfectam hanc contritionem habent; & si habent non justificantur sine sacramenti voto.

IX. Ad quartum similiter dico, S. Augustinum loqui de illis Catechumenis, qui via ordinari proficiunt, qui nimirum ad Deum accedunt, non cum contritione charitate ardente, sed cum mera attritione, vel si cum aliquo amore, hic amor est non Dei super omnia, & vere amicitia, sed amor propter salutem, & proinde amor concupiscentiæ. Adde: S. Augustinum loqui de Catechumeno; qui speraret se consequi remissionem peccatorum etiam sine voto Baptismi, ut ex contextu liquet.

X. Ad quintum dico, illud verbum *Aliquando* a Tridentino usurpatum, non cadere supra reconciliationem impii; ita ut sensus sit, contritionem charitate formatam aliquando reconciliat peccatorem cum Deo, & non semper: sed cadere supra *ly Charitate perfectam*, ita ut sit sensus, contingere aliquando, & non semper, quod contritio sit charitate perfecta; ut legendi apparet.

XI. At inquires. Si contritio charitate formata ordinariæ, & semper justificat, quoriam contriti baptizantur, & absoluntur? Sane falsum erit super eos dicere: *Ego te baptizo; Ego te absolvo*; si jam per contritionem abluti sint, & absoluti.

Respondeo, contritis, etiam per contritionem Deo jam reconciliatis, non frustra Baptismum, vel Pœnitentiæ impendunt. Primo: quia contritio illos non justificat, nisi ut incipiens, debet in quo casu licet Baptismus, & Pœnitentiæ primam gratiam non conferant, augent tamen illam, & penam omnem (maxime Baptismus) etiam temporalem solvunt, quod sola contritio factum non fuerat. — Secundo: quia nemo seipsum potest. Et veram contritionem habuisse, ac proinde se justificatum esse. Quare ut de adepta indulgentia securior sit, ad remedium Baptismi, & Pœnitentiæ debet confugere. — Verba autem illa: *Ego te baptizo; Ego te absolvo*, hinc faciunt sensum: *Ego sacramentum absolutionis, vel remissionis tibi impendo*, quod verificatur, etiam si super jam coram Deo ablutus, & justificatus pronuntietur. Præterquamquod est non ablutus, vel absolvatur a culpa, & pena æternæ absolvunt tamen a pena temporali; unde magis ablutus, & magis absolvunt, juxta illud Psal. 50. ver. 4. *Amplius lava me Domine.*

XII. Quæres: Unde oritur impossibilitas contritionis charitate formata cum statu peccati mortalis?

Respondeo orti non præcisè ex natura ipsius charitatis vel contritionis; quia, ut dictum est, in *Tract. de Justificatione*, remissam